UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita & Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ Comitis, Breviarivm

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Profectus ex votis. 66

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

Visual Library

deindè, quoad ſuperfuit, aut à
corpore, aut certè ab oculis di-
mittere: atque adeò, ne tunc e-
tiam, cum ex morbi caloribus
pauliſper à ſe ipſe diuertiſſet, pa-
ti, vt eos ſibi quiſquam eriperet.
Certè ſubuculam, quoties ſudo-
re concepto mutanda erat, non
alia lege deponere, quàm vti ad
ſolem exſiccata, confeſtim red-
deretur. Porro nouum lætitiæ
ſenſum percipiebat, cùm ſecum
ipſe reputaret, inter Ieſu com-
militones, tironem allectum ſe
ſe; & obedientiæ Sacramento
iam auctoratum eſſe.

LXVI. Profectus ex votis.

QVæ cogitatio tantum in ip-
ſo pondus habuit, vt ex eo
die, quicquid ei negatũ fuiſ-
ſet, mox acquieuerit, etiam prò-

tius aliquanto, quàm olim: vbi ſaltem in rebus ſanctitatis ſpeciem præferentibus, ſi quis intercessiſſet, inſtare ſe honeſtè, & tergiuerſari putabat poſſe. Huic non multò diſſimile fuit; quod eum vt Patrum aliquis viderat, inter ardores febriles, crebrò ſe ſe hac illac volutantem; experiundi cauſſa admonuit; cogitaret modo, quàm perſonam induiſſet. Tironem religionis haud ſatis decere, vt tam inquies in lectulo vagetur. Ab eo momento nuſquam æger ſe verſauit; ſed vnum in latus ita conſtanter incubuit, vt horis tribus, corporis ſitum nihilo penitus immutarit; vltra etiam duraturus, ni reuerſum ex interuallo Patrem dicti prioris mitiorem interpretem accepiſſet.

LXVII.